

Izvornik:

SPINOZA

OPERA • WERKE

LATEINISCH UND DEUTSCH

Zweiter Band

Herausgegeben von

KONRAD BLUMENSTOCK

Wissenschaftliche Buchgesellschaft

Darmstadt 1980

Editor:

© DEMETRA d.o.o., Zeleni trg 2/XVII, 10000 Zagreb


Tel. (+385-1) 65-222-96 i tel/fax. 61-993-47

E-mail: dimitrije.savic@zg.tel.hr

Sva prava pridržana



Spinoza. Anonimna rezbarija. Bibl. Nationale, Pariz.



ETHICES

Pars Tertia,

DE


Origine, et Naturâ

AFFECTUUM.

5

Plerique, qui de Affectibus, et hominum vivendi ratione scripserunt, videntur, non de rebus naturalibus, quæ communes naturæ leges sequuntur; sed de rebus, quæ extra naturam sunt, agere. Imò hominem in naturâ, veluti imperium in imperio, concipere videntur. Nam hominem naturæ ordinem magis perturbare, quàm sequi, ipsumque in suas actiones absolutam habere potentiam, nec aliunde, quàm à se ipso determinari, credunt. Humanæ deinde impotentiae, et inconstantiae causam non communi naturæ potentiae, sed, nescio cui naturæ humanæ vitio, tribuunt, quam propterea flent, rident, contemnunt, vel, quod plerumque fit, detestantur; et, qui humanæ Mentis impotentiam eloquentius, vel argutius carpere novit, veluti Divinus habetur. Non defuerunt tamen viri præstantissimi, (quorum labori, et industrice nos multum debere fatemur) qui de rectâ vivendi ratione præclara multa scripserint, et plena prudentiæ consilia mortalibus dederint; verum Affectuum naturam, et vires, et quid contrâ Mens in iisdem moderandis possit, nemo, quod sciam, determinavit. Scio equidem celeberrimum Cartesium, licet etiam crediderit, Mentem | in suas actiones absolutam habere potentiam; Affectus tamen humanos per primas suas causas explicare, simulque viam ostendere studuisse, quâ Mens in Affectus absolutum habere

25



ETIKE

Treći dio:

O

izvoru i naravi

STRASTÎ

Izgleda¹ da se većina onih koji su pisali o strastima i o načinu čovjekova života ne bavi naravnim stvarima koje slijede opće zakone naravi, nego stvarima koje su izvan naravi. Štoviše, izgleda da čovjeka u naravi poimaju kao državu u državi. Oni naime vjeruju da čovjek više narušava red naravi no što ga slijedi i da u svojim činima ima apsolutnu moć te da nije određen ni od čega drugoga nego od sâma sebe. Nadalje, oni uzrok ljudske nemoći i nestalnosti ne pripisuju općoj moći naravi nego ne znam kojoj ljudskoj mani koju zbog toga oplakuju, ismijavaju, preziru, ili, što je najčešće, proklinju, a onoga tko rječitije i domišljatije zna izružiti ljudsku nemoć drži se božanskim. Nije nedostalo najizvrsnijih muževa (priznajem da mnogo dugujem njihovom trudu i maru) koji su o pravom načinu života napisali mnogošto izvrsno i koji su smrtnicima dali mnogi savjet pun mudrosti. Međutim, narav i sile strasti te što duh može kako bi ih umjerio nije, koliko znam, nitko odredio. Znam doduše da je preslavni Kartezije², iako je vjerovao da duh u svojim činima ima apsolutnu moć, ipak ljudske strasti objasnio njihovim prvim uzrocima te ujedno nastojao pokazati put kojim duh može postići apsolutnu

¹ Ispred ovog odjeljka naslov Predgovor add. St., op. prev.

² René Descartes (1596.–1650.), racionalistički filozof, op. prev.

possit imperium; sed, meâ quidem sentientiâ, nihil præter magni sui ingenii acumen ostendit, ut suo loco demonstrabo. Nam ad illos revertere volo, qui hominum Affectûs, et actiones detestari, vel ridere malunt, quàm intelligere. His sine dubio mirum videbitur, quòd hominum vitia, et ineptias more Geometrico tractare aggrediar, 5 et certâ ratione demonstrare velim ea, quæ rationi repugnare, quæque vana, absurda, et horrenda esse clamitant. Sed mea hæc est ratio. Nihil in naturâ fit, quod ipsius vitio possit tribui; est namque natura semper eadem, et ubique una, eademque ejus virtus, et agendi potentia, hoc est, naturæ leges, et regulæ, secundum quas 10 omnia fiunt, et ex unis formis in alias mutantur, sunt ubique, et semper eadem, atque adeò una, eademque etiam debet esse ratio rerum qualiumcunque naturam intelligendi, nempe per leges, et regulas naturæ universales. Affectûs itaque odii, iræ, invidiæ etc. in se considerati ex eadem naturæ necessitate, et virtute consequuntur, 15 ac reliqua singularia; ac proinde certas causas agnoscunt, per quas intelliguntur, certasque proprietates habent, cognitione nostrâ æquè dignas, ac proprietates cujuscunque alterius rei, cujus solâ contemplatione delectamur. De Affectuum itaque naturâ, et viribus, ac Mentis in eosdem potentiâ eadem Methodo agam, quâ in præcedenti- 20 bus de Deo, et Mente egi, et humanas actiones, atque appetitûs considerabo perinde, ac si Quæstio de lineis, planis, aut de corporibus esset. |

Definitiones.

I. Causam adæquatam appello eam, cujus effectus potest 25 clarè, et distinctè per eandem percipi. Inadæquatam autem, seu partialem illam voco, cujus effectus per ipsam solam intelligi nequit.

II. Nos tum agere dico, cùm aliquid in nobis, aut extra nos fit, cujus adæquata sumus causa, hoc est (per Defin. præced.) cùm 30 ex nostrâ naturâ aliquid in nobis, aut extra nos sequitur, quod per eandem solam potest clarè, et distinctè intelligi. At contrâ nos

vlast nad strastima; on međutim, barem po mojem mnijenju, osim oštoumlja svog velikog duha nije pokazao ništa drugo, kako ću dokazati na određenom mjestu. No, želim se vratiti onima koji ljudske strasti i njihove čine radije proklinju nego razumiju. Njima će nedvojbeno izgledati čudno što raspravi o ljudskim manama i ludorijama pristupam na geometrijski način¹ te što na pouzdan način želim dokazati ono za što oni viču da je protivno umu te da je ništetno, nesklapno i grozljivo. No moj je razlog ovaj. U naravi ne biva ništa što bi joj se moglo pripisati u manu, jer narav je uvijek i svugdje jedna te ista, a njena sila i moć djelovanja, to jest zakoni i pravila naravi po kojima sve biva i iz jednog se oblika mijenja u drugi, svugdje su i uvijek iste. Stoga mora postojati i jedan te isti način na koji valja razumjeti narav bilo koje među stvarima, naime prema općim zakonima i pravilima naravi. Strasti mržnje, bijesa, zavisti itd., razmatrane po sebi, slijede iz iste nužnosti i sile naravi kao i sve druge pojedinačne stvari. Po tome one pokazuju na određene uzroke kojima ih se može razumjeti, te da imaju određene osobine koje su naše spoznaje jednako dostojne kao i osobine bilo koje druge stvari koja nas raduje kad je motrimo. Dakle, o naravi i snazi strasti raspraviti ću istom metodom kao što sam u prethodnim dijelovima raspravio o Bogu i duhu, te ću ljudske čine i porive razmotriti kao da su u pitanju crte, plohe ili tijela.

Definicije

I. Odgovarajućim uzrokom nazivam onaj čiji se učinak može jasno i razgovijetno opaziti pomoću njega samoga. Neodgovarajućim, pak, ili djelomičnim, zovem onaj čiji se učinak ne može razumjeti pomoću njega samoga.

II. Kažem da djelujemo kad u nama ili izvan nas biva nešto čemu smo mi odgovarajući uzrok, to jest (prema prethodnoj definiciji), kad iz naše naravi slijedi nešto u nama ili izvan nas što se pomoću njega samoga može jasno i razgovijetno razumjeti. I obratno, kažem da trpimo kad u na-

¹ na geometrijski način O, na način matematičara N

pati dico, cū in nobis aliquid fit, vel ex nostrā naturā aliquid sequitur, cujus nos non, nisi partialis, sumus causa.

III. Per Affectum intelligo Corporis affectiones, quibus ipsius Corporis agendi potentia augetur, vel minuitur, juvatur, vel coërcetur, et simul harum affectionum ideas.

Si itaque alicujus harum affectionum adæquata possimus esse causa, tum per Affectum actionem intelligo; aliàs passionem.

Postulata.

I. Corpus humanum potest multis affici modis, quibus ipsius agendi potentia augetur, vel minuitur, et etiam aliis, qui ejusdem agendi potentiam nec majorem, nec minorem reddunt.

Hoc Postulatum, seu Axioma nititur Postulato I. et Lemmat. 5. et 7., quæ vide post Prop. 13. p. 2.

II. Corpus humanum multas pati potest mutationes, et nihilo minus retinere objectorum impressiones, seu ve|stigia, (de quibus vide Post. 5. p. 2.) et consequenter easdem rerum imagines; quarum Defin. vide Schol. Prop. 17. p. 2.

Propositio I. *Mens nostra quædam agit, quædam verò patitur, nempe quatenus adæquatas habet ideas, eatenus quædam necessariò agit, et quatenus ideas habet inadæquatas, eatenus necessariò quædam patitur.*

Demonstratio. Cujuscunque humanæ Mentis ideæ aliæ adæquatæ sunt, aliæ autem mutilatæ, et confusæ. (per Schol. Prop. 40. p. 2.) Ideæ autem, quæ in alicujus Mente sunt adæquatæ, sunt in Deo adæquatæ, quatenus ejusdem Mentis essentiam constituit, (per Coroll. Prop. 11. p. 2.) et quæ deinde inadæquatæ sunt in Mente, sunt etiam in Deo (per idem Coroll.) adæquatæ, non quatenus ejusdem solummodò Mentis essentiam; sed etiam quatenus aliarum rerum Mentis in se simul continet. Deinde ex datâ quâcunque ideâ aliquis effectus sequi necessariò debet, (per Prop. 36. p. 1.) cujus effectus Deus causa est adæquata, (vid. Defin. 1. hujus) non quatenus infinitus est; sed quate-

ma biva nešto ili kad iz naše naravi slijedi nešto čemu smo mi samo djelomični uzrok.

III. Pod strašću razumijem stanja tijela kojima se moć djelovanja tog tijela povećava ili smanjuje, potiče ili suspriježe, te ujedno i predstave ovih stanja.

Ako mi, dakle, možemo biti odgovarajući uzrok ovih stanja, onda pod strašću razumijem djelovanje, a u drugom slučaju trpnju.

Zahtjevi

I. Ljudsko tijelo može biti aficirano na mnoge načine kojima se njegova moć djelovanja povećava ili smanjuje, ali i na druge načine koji njegovu moć djelovanja ne čine ni većom ni manjom.

Ovaj zahtjev ili aksiom oslanja se na zahtjev I. i pomoćne stavove V. i VII. koje vidi nakon poučka 13 drugog dijela.

II. Ljudsko tijelo može trpjeti mnoge promjene i pri tome ipak zadržati utiske ili tragove (o kojima vidi poučak 5 drugog dijela) pa slijedom toga i iste prispodobe tih stvari (za njihovu definiciju vidi primjedbu uz poučak 17 drugog dijela).

Poučak 1. Naš duh nešto čini, a nešto trpi. Naime, ima li odgovarajuće predstave utoliko nešto nužno čini, a ima li neodgovarajuće predstave utoliko nešto nužno trpi.

Dokaz. U bilo kojem ljudskom duhu jedne su predstave odgovarajuće, a druge krnje i zbrkane (prema primjedbi uz poučak 40 drugog dijela). Predstave, pak, koje su u nečijem duhu odgovarajuće, odgovarajuće su u Bogu, ukoliko on čini bit toga duha (prema dodatku uz poučak 11 drugog dijela), a one koje, nadalje, jesu u duhu neodgovarajuće, u Bogu su pak (prema istom dodatku) odgovarajuće, ne ukoliko on čini bit samo ovog duha, nego ukoliko on u sebi istodobno sadrži duhove drugih stvari. Nadalje, iz svake dane predstave mora nužno uslijediti neki učinak (prema poučku 36 prvog dijela), kojem je učinku odgovarajući uzrok Bog (vidi definiciju I. ovog dijela) ne ukoliko je beskonačan, nego ukoliko se raz-

nus datâ illâ ideâ affectus consideratur. (*vid. Prop. 9. p. 2.*) At ejus effectûs, cujus Deus est causa, quatenus affectus est ideâ, quæ in alicujus Mente est adæquata, illa eadem Mens est causa adæquata. (*per Coroll. Prop. 11. p. 2.*) Ergo Mens nostra (*per Defin. 2. hujus*) quatenus ideas habet adæquatas, quædam 5 necessariò agit, quod erat primum. Deinde quicquid necessariò sequitur ex ideâ, quæ in Deo est adæquata, non quatenus Mentem unius hominis tantùm, sed quatenus aliarum rerum Mentes simul cum ejusdem hominis Mente in se habet, ejus (*per idem Coroll. Prop. 11. p. 2.*) illius hominis Mens non est causa adæquata; sed 10 partialis, ac proinde (*per Defin. 2. hujus*) Mens quatenus ideas inadæquatas habet, quædam necessariò patitur. Quod erat secundum. Ergo Mens nostra, etc. Q. E. D. |

Corollarium. Hinc sequitur Mentem eò pluribus passionibus esse obnoxiam, quò plures ideas inadæquatas habet, et contrà 15 eò plura agere, quò plures habet adæquatas.

Propositio II. *Nec Corpus Mentem ad cogitandum, nec Mens Corpus ad motum, neque ad quietem, nec ad aliquid (si quid est) aliud determinare potest.*

Demonstratio. Omnes cogitandi modi Deum, quatenus 20 res est cogitans, et non quatenus alio attributo explicatur, pro causâ habent; (*per Prop. 6. p. 2.*) id ergo, quod Mentem ad cogitandum determinat, modus cogitandi est, et non Extensionis, hoc est, (*per Defin. 1. p. 2.*) non est Corpus: Quod erat primum. Corporis deinde motus, et quies ab alio oriri debet corpore, quod 25 etiam ad motum, vel quietem determinatum fuit ab alio, et absolutè, quicquid in corpore oritur, id à Deo oriri debuit, quatenus aliquo Extensionis modo, et non quatenus aliquo cogitandi modo affectus consideratur, (*per eand. Prop. 6. p. 2.*) hoc est, à Mente, quæ (*per Prop. 11. p. 2.*) modus cogitandi est, oriri non 30 potest: Quod erat secundum. Ergo nec Corpus Mentem etc. Q. E. D.

Scholium. Hæc clariùs intelliguntur ex iis, quæ in Scholio Propositionis 7. Partis 2. dicta sunt, quòd scilicet Mens, et Corpus una, eademque res sit, quæ jam sub Cogitationis, jam sub Exten- 35 sionis attributo concipitur. Unde fit, ut ordo, sive rerum conca-

matra kao aficiran tom danom predstavom (vidi poučak 9 drugog dijela). Ali, ovom učinku kojem je uzrok Bog ukoliko je aficiran predstavom koja je u nečijem duhu odgovarajuća, odgovarajući uzrok je ovaj duh (prema dodatku uz poučak 11 drugog dijela). Dakle, naš duh (prema definiciji II. ovog dijela), ukoliko ima odgovarajuće predstave, nešto nužno čini, što je bilo ono prvo. Onome što, nadalje, nužno slijedi iz predstave koja je odgovarajuća u Bogu, ne ukoliko ima samo duh jednog čovjeka, nego ukoliko i duhove drugih stvari ima u sebi istodobno s duhom tog čovjeka, tome (prema istom dodatku uz poučak 11 drugog dijela) duh ovog čovjeka nije odgovarajući uzrok nego djelomični, pa odatle (prema definiciji II. ovog dijela) nešto nužno trpi. To je bilo ono drugo. Dakle, naš duh itd., što je i trebalo dokazati.

Dodatak. Iz ovoga slijedi da je duh to više podložan trpnji što ima više neodgovarajućih predstava, i obratno, da toliko više čini što ima više odgovarajućih predstava.

Poučak 2. *Tijelo ne može duh odrediti da misli, niti duh može tijelo odrediti da se kreće ili da miruje, ili nešto drugo (ako takvog čega ima).*

Dokaz. Svim modusima mišljenja uzrok je Bog ukoliko je on misleća stvar, a ne ukoliko ga se objašnjava nekim drugim atributom (prema poučku 6 drugog dijela). Dakle, ono što duh određuje da misli, jest modus mišljenja a ne protežnosti, to jest (prema definiciji I. drugog dijela), to nije tijelo. To je bilo ono prvo. Nadalje, kretanje i mirovanje tijela mora početi od drugog tijela koje je opet od drugog tijela određeno da se kreće ili da miruje; općenito sve što se u tijelu započinje, mora početi od Boga ukoliko ga se razmatra pod nekim modusom protežnosti, a ne ukoliko ga se razmatra aficiranim nekim modusom mišljenja (prema istom poučku 6 drugog dijela), to jest, od duha koji je (prema poučku 11 drugog dijela) modus mišljenja, ne može izvirati, i to je bilo ono drugo. Dakle tijelo ne može duh itd., što je i trebalo dokazati.

Primjedba. Ovo ćemo jasnije razumjeti iz onoga što je kazano u primjedbi uz poučak 7 drugog dijela, da su naime duh i tijelo jedna te ista stvar koja se razmatra čas pod atributom mišljenja, čas pod atributom protežnosti. Odatle proizlazi da su red ili ulančanje stvari isti, poi-

tenatio una sit, sive natura sub hoc, sive sub illo attributo concipiatur, consequenter ut ordo actionum, et passionum Corporis nostri simul sit naturâ cum ordine actionum, et passionum Mentis: Quod etiam patet ex modo, quo Propositionem 12. Partis 2. demonstravimus. At, quamvis hæc ita se habeant, ut
 5 nulla dubitandi ratio supersit, vix tamen credo, nisi rem experi-
 tiâ comproba|vero, homines induci posse ad hæc æquo animo
 perpendendum, adeò firmiter persuasi sunt, Corpus ex solo
 Mentis nutu jam moveri, jam quiescere, plurimaque agere, quæ
 à solâ Mentis voluntate, et excogitandi arte pendent. Etenim,
 10 quid Corpus possit, nemo hucusque determinavit, hoc est, nemi-
 nem hucusque experientia docuit, quid Corpus ex solis legibus
 naturæ, quatenus corporea tantum consideratur, possit agere, et
 quid non possit, nisi à Mente determinetur. Nam nemo hucusque
 Corporis fabricam tam accuratè novit, ut omnes ejus functiones
 15 potuerit explicare, ut jam taceam, quòd in Brutis plura observen-
 tur, quæ humanam sagacitatem longè superant, et quòd somnam-
 buli in somnis plurima agant, quæ vigilando non auderent; quod
 satis ostendit, ipsum Corpus ex solis suæ naturæ legibus multa
 posse, quæ ipsius Mens admiratur. Deinde nemo scit, quâ ratione,
 20 quibusve mediis Mens moveat corpus, neque quot motûs gradûs
 possit corpori tribuere, quantâque cum celeritate idem movere
 queat. Unde sequitur, cum homines dicunt, hanc, vel illam actio-
 nem Corporis oriri à Mente, quæ imperium in Corpus habet, eos
 nescire, quid dicant, nec aliud agere, quàm speciosis verbis fateri,
 25 se veram illius actionis causam absque admiratione ignorare. At
 dicent, sive sciant, sive nesciant, quibus mediis Mens moveat
 Corpus, se tamen experiri, quòd, nisi Mens humana apta esset ad
 excogitandum, Corpus iners esset. Deinde se experiri, in solâ
 Mentis potestate esse, tam loqui, quàm tacere, et alia multa, quæ
 30 proinde à Mentis decreto pendere credunt. Sed, quod ad primum

mala se narav pod ovim ili pod onim atributom, te slijedom toga i red djelovanja i trpnji našeg tijela jest po naravi istodoban s redom djelovanja i trpnji duha. To je jasno iz načina na koji smo dokazali poučak 12 drugog dijela. No iako stvari stoje tako i premda nema nikakva razloga za dvojbu, ja ipak jedva vjerujem da bi se ljude moglo navesti da o ovome prosude nepristrano ako se to ne bi moglo potvrditi iskustvom; jer oni su čvrsto uvjereni da se tijelo samo na mig duha može pokrenuti ili zaustaviti te može učiniti još mnogo toga što ovisi samo o volji duha i umijeću izmišljanja. Jer što tijelo može to još nitko nije odredio, to jest, nikoga još iskustvo nije podučilo što tijelo, kad od duha nije određeno, može učiniti samo iz zakona naravi, ukoliko se ona promatra samo kao tjelesna, a što iz zakona naravi ne može učiniti. Jer do sada nitko nije o ustroju tijela stekao tako odgovarajuće znanje da bi mogao objasniti sve njegove funkcije, a da ne govorimo o tome da se u zvjeradi opaža mnogo toga što daleko nadilazi ljudsku domišljatost te da mjesečari u snu čine mnoge stvari koje se budni ne bi usudili. To dostatno dokazuje da tijelo samo iz zakona svoje naravi može činiti mnogo toga čemu se duh divi. Nitko, nadalje, ne zna na koji način i kojim sredstvima duh pokreće tijelo, a niti koliko stupnjeva kretanja on može tijelu pridati i koliko ga brzinom može pokretati. Iz toga slijedi da ljudi ne znaju što govore kad kažu da ovo ili ono djelovanje tijela potječe iz duha koji ima vlast nad tijelom, te samo uzvišenim riječima priznaju da ne znaju istiniti uzrok tog djelovanja i tome se ne čude. Ali oni će kazati da, bez obzira na to znalo se ili ne znalo kojim sredstvima duh pokreće tijelo, imamo iskustvo da bi tijelo bilo nepokretno kad duh ne bi bio sposoban izmišljati. Nadalje, postoji iskustvo da je isključivo u moći duha da se govori ili šuti i mnogo toga drugoga za što se onda vjeruje da ovisi o odluci duha. Što se prvog tiče, pitam ja njih ne podučava li iskustvo isto

attinet, ipsos rogo, num experientia non etiam doceat, quòd si
 contrà Corpus iners sit, Mens simul ad cogitandum sit inepta?
 Nam cùm Corpus somno quiescit, Mens simul cum ipso sopita
 manet, nec potestatem habet, veluti cùm vigilat, excogitandi.
 Deinde omnes expertos esse credo, Mentem non semper æquè
 aptam esse ad cogitandum de eodem objecto; sed, prout Corpus
 aptius est, ut in eo hujus, vel illius objecti imago excitetur, ita
 Mentem aptiorem esse ad hoc, vel illud objectum contemplan-
 dum. At dicent ex solis legibus naturæ, quatenus corporea tantum
 consideratur, fieri non posse, ut causæ ædificiorum, picturarum,
 rerumque hujusmodi, quæ solâ humanâ arte fiunt, possint
 deduci, nec Corpus humanum, nisi à Mente determinaretur,
 ducereturque, pote esset ad templum aliquod ædificandum.
 Verum ego jam ostendi, ipsos nescire, quid Corpus possit, quidve
 ex solâ ipsius naturæ contemplatione possit deduci, ipsosque
 plurima experiri ex solis naturæ legibus fieri, quæ nunquam credi-
 dissent posse fieri, nisi ex Mentis directione, ut sunt ea, quæ
 somnambuli in somnis agunt, quæque ipsi, dum vigilant, admi-
 rantur. Addo hic ipsam Corporis humani fabricam, quæ artificio
 longissimè superat omnes, quæ humanâ arte fabricatæ sunt, ut
 jam taceam, quòd suprâ ostenderim, ex naturâ, sub quovis
 attributo consideratâ, infinita sequi. Quod porrò ad secundum
 attinet, sanè longè felicius sese res humanæ haberent, si æquè in
 hominis potestate esset tam tacere, quàm loqui. At experientia
 satis superque docet, homines nihil minùs in potestate habere,
 quàm linguam, nec minùs posse, quàm appetitûs moderari suos;
 unde factum, ut plerique credant, nos ea tantum liberè agere,
 quæ leviter petimus, quia earum rerum appetitus facilè contrahi
 potest memoriâ alterius rei, cujus frequenter recordamur; sed
 illa minimè, quæ magno cum affectu petimus, et qui alterius rei
 memoriâ sedari nequit. Verumenimverò nisi experti essemus, nos
 plura agere, quorum postea pænitet, nosque sæpe, quando sc.

6 objecto *edd. N* subjecto *O*
 31 essemus *Auerbach N* essent *O*

tako tome da ako je, naprotiv, tijelo nepokretno, da onda ni duh nije
 sposoban misliti? Jer kad tijelo u snu miruje, duh je s njim istodobno
 utonuo u san i nema moći da izmišlja kao kad je budan. Nadalje držim
 da su svi stekli iskustvo da duh nije uvijek podjednako sposoban misliti
 o istom predmetu¹, nego, što je tijelo to sposobnije u sebi izazvati pri-
 spodobu ovog ili onog predmeta, to je i duh sposobniji motriti ovaj ili
 onaj predmet. No, kazat će oni, samo iz zakona naravi, ukoliko je se raz-
 matra kao tjelesnu, nije moguće izvesti uzroke zgrada, slika i svih tak-
 vih stvari koje nastaju samo ljudskim umijećem, a ljudsko tijelo da nije
 određeno i vođeno duhom ne bi moglo izgraditi hram. Ali ja sam već
 pokazao da oni ne znaju što tijelo može i što se samo iz motrenja nje-
 gove narave može izvesti te da su oni sami iskusili da samo iz zakona
 naravi može mnogo toga nastati za što nisu nikad vjerovali da bi moglo
 nastati bez vodstva duha, poput onoga što mjesečari čine u snu a čemu
 se i sami čude kad su budni. Dodajem tome ustroj ljudskog tijela koje
 kao umjetnina daleko nadilazi sve što je izrađeno ljudskim umijećem, a
 da i ne govorim o tome kako iz naravi, pod kojom god da se ono raz-
 matralo, slijedi beskonačno mnogo, kao što sam gore pokazao. Što se
 pak tiče onog drugog, ljudski bi svijet bio daleko sretniji kad bi u moći
 ljudi bilo da šute kao što je da govore. Jer iskustvo nas dovoljno podu-
 čava da ljudi ničim manje ne vladaju nego jezikom te da im je sve lakše
 nego umjeriti svoje porive. Odatle dolazi da mnogi vjeruju da mi slobod-
 no činimo samo ono čemu jako ne težimo budući da poriv za ovakvim
 stvarima lako može biti zauzdan sjećanjem na neku drugu stvar koje se
 često spominjemo; no ne djelujemo slobodno glede onoga čemu teži-
 mo uz jaku strast jer ona ne može biti stišana sjećanjem na drugu stvar.
 Ali kad ne bismo imali² iskustvo da mi mnogo toga činimo zbog čega se
 kasnije kajemo, te da često, kad se sukobljavamo s proturječnim stra-

¹ predmetu *edd. N*, subjektu *O*

² ne bismo imali *Auerbach N*, ne bi *O*

contrariis affectibus conflictamur, meliora videre, et deteriora sequi, nihil impediret, quominus crederemus, nos omnia liberè agere. Sic infans, se lac liberè appetere credit, puer autem iratus vindictam velle, et timidus fugam. Ebrius deinde credit, se ex libero Mentis decreto ea loqui, quæ postea sobrius vellet tacuisse: 5 sic delirans, garrula, puer, et hujus farinæ plurimi ex libero Mentis decreto credunt loqui; cùm tamen loquendi impetum, quem habent, continere nequeant, ità ut ipsa experientia non minùs clarè, quàm ratio doceat, quòd homines eà solà de causâ liberos se esse credant, quia suarum actionum sunt conscii, et causarum, 10 à quibus determinantur, ignari; et præterea quòd Mentis decreta nihil sint præter ipsos appetitùs, quæ propterea varia sunt pro variâ Corporis dispositione. Nam unusquisque ex suo affectu omnia moderatur, et qui præterea contrariis affectibus conflictantur, quid velint, nesciunt; qui autem nullo, facili momento 15 huc, atque illuc pelluntur. Quæ omnia profectò clarè ostendunt, Mentis tam decretum, quàm appetitum, et Corporis determinationem simul esse naturâ, vel potiùs unam, eandemque rem, quam, quando sub Cogitationis attributo consideratur, et per ipsum explicatur, decretum appellamus, et quando sub Extensionis attributo consideratur, et ex legibus motùs, et quietis 20 deducitur, determinationem vocamus; quod adhuc clariùs ex jam dicendis patebit. Nam aliud est, quod hic apprimè notari vellem, nempe, quòd nos nihil ex Mentis decreto agere possumus, nisi ejus recordemur. Ex. gr. non possumus verbum loqui, nisi ejusdem recordemur. Deinde in liberâ Mentis potestate non est rei alicujus recordari, vel ejusdem oblivisci. Quare hoc tantum in Mentis potestate esse creditur, quòd rem, cujus recordamur, vel tacere, vel loqui ex solo Mentis decreto possumus. Verùm cùm nos loqui somniamus, credimus nos ex libero Mentis decreto loqui, 30 nec tamen loquimur, vel, si loquimur, id ex Corporis spontaneo motu fit. Somniamus deinde, nos quædam homines celare, idque

2 crederemus *Auerbach N* crederent *O*
5 Mentis *om. N*

stima, vidimo ono što je bolje, a ipak idemo za onim što je gore, onda ništa ne bi priječilo da vjerujemo¹ da sve činimo slobodno. Tako dijete vjeruje da slobodno žudi za mlijekom, razbješnjeni dječak da slobodno želi osvetu a bojažljivac da slobodno želi pobjeći. Pa i pijanac vjeruje da iz slobodne odluke duha govori ono što će, kad se kasnije rastrijezni, najradije prešutjeti. Tako i luđak, i blebetuša, i dječak i mnogi takva soja misle da govore iz slobodne odluke duha², dočim zapravo ne znaju zauzdati poriv za govorenjem koji imaju. Tako nas iskustvo ništa manje jasno nego um podučava da se ljudi slobodnima drže samo iz tog uzroka što su svjesni svojih čina, ali ne znaju uzroke koji ih određuju, a osim toga i to da odluke duha nisu drugo do sami ti porivi koji su različiti prema različitim raspoloženjima tijela. Jer svatko sve po svojoj strasti odmjerava. Oni koji se sukobljavaju s proturječnim strastima ne znaju što žele, a oni što su bez ikakvih bit će i najmanjim povodom gonjeni ovamo i onamo. Sve to doista jasno pokazuje da su kako odluka duha tako i poriv duha te određenje tijela po naravi skupa, štoviše jedna su te ista stvar koju mi, kad je razmatramo pod atributom mišljenja i njime objašnjavamo, nazivamo odlukom, a kad je razmatramo pod atributom protežnosti i izvodimo iz zakona kretanja i mirovanja onda je zovemo određenjem. To će iz onog što ubrzo slijedi biti još jasnije. Jer pozornost bih ovdje posebno želio obratiti na nešto drugo, na to da mi naime ne možemo ništa učiniti iz odluke uma ako se toga ne sjećamo. Na primjer, ne možemo izreći riječ ako je se ne sjećamo. Dalje, u slobodnoj moći uma nije da se on neke stvari spominje ili da je zaboravi. Stoga se vjeruje da je u duhu moć da o stvari, koje se spominjemo, iz same odluke duha možemo šutjeti ili govoriti. Ali kad sanjamo da govorimo, vjerujemo da govorimo iz slobodne odluke duha premda ne govorimo, a ako govorimo, onda to slijedi iz samostalnog kretanja tijela. Sanjamo nadalje da nekome nešto prešućujemo i to istom odlukom

¹ vjerujemo *Auerbach N*, vjeruju *O*
² duha *om. N*

eodem Mentis decreto, quo, dum vigilamus, ea, quæ scimus, tace-
mus. Somniamus denique, nos ex Mentis decreto quædam agere,
quæ, dum vigilamus, non audemus, atque adeò pervelim scire,
an in Mente duo decretorum genera dentur, Phantasticorum
unum, et Liberorum alterum? Quòd si eò usque insanire non
libet, necessariò concedendum est, hoc Mentis decretum, quod
liberum esse creditur, ab ipsâ imaginatione, sive memoriâ non
distingui, nec aliud esse præter illam affirmationem, quam idea,
quatenus idea est, necessariò involvit. (*vide Pr. 49. p. 2.*) Atque
adeò hæc Mentis decreta eâdem necessitate in Mente oriuntur, ac
ideæ rerum actu existentium. Qui igitur credunt, se ex libero
Mentis decreto loqui, vel tacere, vel quicquam agere, oculis apertis
somniaant.

Propositio III. *Mentis actiones ex solis ideis adæquatis
oriuntur; passionibus autem à solis inadæquatis pendent.* |

Demonstratio. Primum, quod Mentis essentiam constituit,
nihil aliud est, quàm idea Corporis actu existentis, (*per Prop. 11.
et 13. p. 2.*) quæ (*per Prop. 15. p. 2.*) ex multis aliis componitur,
quarum quædam (*per Coroll. Prop. 38. p. 2.*) sunt adæquatæ,
quædam autem inadæquatæ. (*per Coroll. Prop. 29. p. 2.*) Quicquid
ergo ex Mentis naturâ sequitur, et cujus Mens causa est proxima,
per quam id debet intelligi, necessariò ex ideâ adæquatâ, vel
inadæquatâ sequi debet. At quatenus Mens (*per Prop. 1. hujus*)
ideas habet inadæquatas, eatenus necessariò patitur; ergo Mentis
actiones ex solis ideis adæquatis sequuntur, et Mens propterea
tantum patitur, quia ideas habet inadæquatas. *Q. E. D.*

Scholium. Videmus itaque passionibus ad Mentem non
referri, nisi quatenus aliquid habet, quod negationem involvit,
sive quatenus consideratur ut naturæ pars, quæ per se absque
aliis non potest clarè, et distinctè percipi; et hæc ratione ostendere
possem, passionibus eodem modo ad res singulares, ac ad Mentem
referri, nec aliâ ratione posse percipi; sed meum institutum est,
de solâ Mente humanâ agere.

duha kojom kad smo budni prešućujemo ono što znamo. Sanjamo na kraju da iz odluke duha činimo nešto što se budni ne bismo odvažili učiniti, pa bih stoga volio znati da nisu u duhu dviju vrste odluka, jedne fantastične a druge slobodne? Onaj tko od ovoga ne želi sići s uma mora prihvatiti da se ova odluka duha, koju se drži slobodnom, ne razlikuje od same prispodobe u mašti ili pamćenja i nije ništa drugo do ono potvrđivanje koje predstava, ukoliko je predstava, nužno uključuje (vidi poučak 49 drugog dijela). Dakle ove odluke duha nastaju u duhu istom nužnošću kao i predstave zbiljski opstojećih stvari. Oni koji pak misle da iz slobodne odluke duha govore, šute ili da nešto čine, ti sanjaju otvorenih očiju.

Poučak 3. *Djelovanja duha izviru samo iz odgovarajućih predstava; trpnje pak ovise samo o neodgovarajućima.*

Dokaz. Ono prvo što čini bit duha nije drugo do predstava zbiljski opstojećeg tijela (prema poučcima 11 i 13 drugog dijela) koja se (prema poučku 15 drugog dijela) slaže iz mnogih drugih od kojih su neke (prema dodatku uz poučak 38 drugog dijela) odgovarajuće, a druge pak neodgovarajuće (prema dodatku uz poučak 29 drugog dijela). Dakle, sve što slijedi iz naravi duha i čemu je duh najbliži uzrok kojime ono mora biti razumljeno, nužno mora slijediti iz odgovarajuće ili neodgovarajuće predstave. Ukoliko pak duh (prema poučku 1 ovog dijela) ima neodgovarajuće predstave, utoliko on nužno trpi; dakle, djelovanja duha slijede samo iz odgovarajućih predstava, a duh trpi samo zato što ima neodgovarajuće predstave, što je i trebalo dokazati.

Primjedba. Vidimo dakle da se trpnje ne odnose spram duha osim ukoliko on nema nešto što uključuje nijekanje, ili ukoliko ga se razmatra kao dio naravi koji se sam za sebe bez drugih ne može jasno i razgovijetno opaziti. Isto bih tako mogao pokazati da se trpnje spram pojedinačnih stvari odnose na isti način kao spram duha i da na drugi način ne mogu biti opažene; no moja je nakana raspraviti samo ljudski duh.